



LIBRARIES

UNIVERSITY OF WISCONSIN-MADISON

Elixer, seu, Medicina vitae, seu Modus conficiendi verum aurum, et argentum potabile

Norton, Samuel, 1548-1604?

Francofurti: Typis Caspari Rötelij, Impensis Guilielmi Fitzeri, 1630

<https://digital.library.wisc.edu/1711.dl/CMCR44I7ONFET8X>

<http://rightsstatements.org/vocab/NKC/1.0/>

The libraries provide public access to a wide range of material, including online exhibits, digitized collections, archival finding aids, our catalog, online articles, and a growing range of materials in many media.

When possible, we provide rights information in catalog records, finding aids, and other metadata that accompanies collections or items. However, it is always the user's obligation to evaluate copyright and rights issues in light of their own use.

ELIXER, SEV MEDICINA VITAE,

Seu

MODVS CONFICIEN-
DI VERVM AVRVM ET AR-

gentum potabile cum vtriusq; virtutibus, & potestati-
bus secundum antiquorum, & neoterico-
rum consensum,

olim à

SAMVELE NORTONIO BRISTOL-
lenfi inchoatus:

Nunc verò

Editus industriâ, & operâ

EDMVNDI DEANI ANGLI, MED. D. EBO-
racensis Medici auctior, & perfectior.

*Cui etiam accessit modus reddendum vitrum ducti-
le, & malleabile.*

Paracelsus.

Recta via facilis, sed à paucissimis reperitur.

Terentius.

Vna ad quodlibet cuius accedendi via non est.



FRANCOFURTI,

Typis Caspari Rötelij, Impensis Guilielmi Fitzeri,

Anno M. DC. XXX.

ALIAE. 277. 278. 279. 280.

M. G. V. S. O. M. F. I. O. R. I. U. M.
D. I. P. L. O. M. A. T. I. C. A. M. P. R. I. N. C. I. P. I. A. L. I. A. M.

genua. h. e. l. l. e. c. i. u. s. v. i. t. e. s. v. e. l. l. e. c. i. u. s. v. i. t. e. s. v. e. l. l. e. c. i. u. s. v. i. t. e. s.
D. E. P. R. I. N. C. I. P. I. A. L. I. A. M. P. R. I. N. C. I. P. I. A. L. I. A. M.

COMITI. N. O. B. I. S. V. I. C. E. N. T. I. S. P. R. I. N. C. I. P. I. A. L. I. A. M.

SAVILLI. N. O. B. I. S. P. R. I. N. C. I. P. I. A. L. I. A. M.

On. l. i. n. e. s. v. e. l. l. e. c. i. u. s. v. i. t. e. s. v. e. l. l. e. c. i. u. s. v. i. t. e. s. v. e. l. l. e. c. i. u. s. v. i. t. e. s.
T. H. O. M. A. S. & O. G. I. S.
E. D. M. U. N. D. I. D. E. M. A. N. G. E. L. M. E. D. D. P. R. O. V. I. S. A. C. I. O. R. I. U. M.



FRANCOFURTI
Typis Caspari Rokei, Impressoris Gulielmi Pisonii

Anno M. DC. LXX. X.

D
ra fa
verè
mica
rimu
bitur
potu
suum
tabi



Illustrissimo Heroi, ac Domino

D. EDMUNDO SHEFEILDO

COMITI MULGRAVIENSI, DOMINO, SEU

Baroni de Butterwycke, insignis Equestris ordinis Gar-
therij, seu Periscelidis Sodali, D. suo
colendissimo.

HONORANDE COMES.



ON letheos istos adeò deglutimus amnes, tuæ vt esse-
mus aliquando immemores dignitatis, quibus virtutis
recordandæ tam iusta data est indies, & frequens ansa:
Nec cum Reipublicæ studemus commodo, patriæ be-
nè merētibus sic aduersamur impiè, vt ij à nobis maxi-
mis non habeantur in honorum fastigiis, quorum ope-
ra fatemur fieri, dies nos istos habere, quos iam ducimus, pacatos, &
verè halcyoneos. Istiusmodi, quos pepererunt dies, artis fructus Chy-
micæ, tibi dicamus, & honori tuo lubentissimè: nec eo hosce tibi offe-
rimus tandem animo, Antonianis istis ac si invidere penitùs; sed vt de-
bitum Nortonianis iustum persolvere lubet meritis. Fecit ille, quod
potuit. Noster verò hic, vel quod artifex voluit. Qui dùm Aurum tibi
suum propinandum præbet, gratos, quos præbet effectus Aurum po-
tabile, dignitati tuæ precatur, & serio optat

Honori tuo


addictissimus

Edmundus Deanus.

A 2

Quan-

Tabula, seu Ramus Arboris Philosophica de Lapide benedicto, seu Elixere vita, nempe de Auro, & Argento potabili.



Q
confe
per
quor
bibip
enim
essen
Quin
tum

Nem
corp
essen
ue An
fictu
rum,
bum,

quam
ber So
quia n
lior &
natur
quene

scribi
citur
perhi
S
dicina
S
gari,
tur, d

Quantum liquores Lunę, & Solis, auri scilicet, & argenti, dici possunt Aurum, & Argentum Potab. Si prius in balnei digestionem confortentur per 7. dies cum puro, & rectificato vini Spiritu posito super eorum liquores solutos, & iterum per Alembicum abstracto, ut liquorum solutiones, siue olea in fundo remaneant, & sic tuto dari, ac bibi pro Medicinis possint: attamen aliud Philosophis placet. Hic enim volunt, atque docent, ut metalla prius in Quintam reducantur essentiam, antequam intus per os fumantur; & quod nullę sunt verę Quintę essentię præter eas, quę secundę sunt naturę, iuxta illud dictum antiquum:

Sol, Aurum.
Luna, Ar-
gentum.

Elixer de se est res secunda,

De quo sunt facta corpora munda:

Nempè 4. elementa prius destructa, & per putrefactionem novum corpus creatum, & Lapis factus: qui, ut Riplæo placuit, Quinta est essentia. Sed ego audacter affirmo, quod nullum est verum Aurum, siue Arg. Potab. nec Quinta essentia, nisi sit prius Elixer, & illud tum efficitur in quarta vnius horę parte per projectionem Elixeris super aurum, vel argentum purum, & fufum, secundum quod Elixer fuerit album, vel rubeum.

Iam igitur ut de hisce Elixeribus, siue Medicinis vitę plenius loquamur; sciendum est, quod Hermes de fermentatione loquens; iubet Solem, & eius umbram accipere. Per umbram, lunam intelligit: quia respectu dignitatis, luciditatis, & potestatis, Sole multo imbecillior & inferior est, & solem, sicut umbra corpus, sequitur, nec illuminatur, nisi cum solis lumine. De corpore igitur, id est, de auro prius loquendum est, ut postea ad umbram, nempè argentum veniamus.

De quo quidem auro in lib. de Arte Chymica ad hunc modum scribitur: Philosophorum Lapis ex solo auro, solaque natura conficitur; & is est sublimior, qui omnes ægritudines curare à Philosophis perhibetur.

Secundum igitur huius Philosophi sententiam à solo auro, & Medicina, quę Quinta est essentia antiqua, & sana, incipere decreuimus.

Sed ut melius & purius fiat hoc aurum, potest duobus modis purgari, nempè per antimonium, ut more aurifabrorum cum eo fundatur, donec in fundo remaneat corpus auri fufum, clarum, & à cæterorum

Sol fufus.

Elixer.

A 3 rum

rum metallorum peioritate depuratum, & depriuatatum, quod ab eis Rex dicitur: vel per aquæ corrosivæ solutionem, cui laminæ cupræ eorum more imponuntur; quod aurum dicitur aquaticum.

Proiectio
Medicinæ
rubræ.

Auro sic præparato, proiice super eius partes 100. Elixeris rubei, siuè Medicinæ rubræ partem vnâ, & tota ea auri fusi pondera conuertentur in massam rubeam, frangibilem, & puluerizabilem, Quæ massâ benè teratur super marmore, donec fiat puluis impalpabilis.

Solutio Solis.

Has centum partes, vel quantum volueris, solue aut in aceto distillato, aut in Spiritu vini, & pone in balneo ad digerendum vnus, aut duorum dierum spatio. Tunc abstrahæ Spir: vini ab eo in eodem balneo, & in fundo remanebit fixum, & purum oleum auri: quod tùm fit verum Aurum Potab. & Elixer vitæ spirituale.

Vel si statim cupias alicui dare de eo puluere, calefacito vinum album, vel Rhenanum, aut Hispanicum, & in eorum aliquo dissolue tantum pulueris contriti, quantum sufficiat ad vinum tingendum in rubeum colorem, & vinum sic tinctum erit Aurum Potab. verum & perfectum ad sanandum ægitudines, Melius tamen, & penetrabilius foret, si cum oleo tingeretur.

Luna fusa.
Proiectio
Medicinæ
albæ.
Solutio Lunæ.
Elixer vitæ
album.

Pariformiter cum Medicina alba (seu Elixer album) proicienda est, post depurationem Lunæ, siuè argenti in aqua corrosiva, sicut prius declaratum est. Et sic argentum fustum conuertetur in puluerem frangibilem, & massam albam: quæ pariter soluta, in oleum erit conuersa. Et sic fit Elixer vitæ album, & Argentum Potab.

His iam peractis, & finitis, quæ Philosophi antiqui Elixera vitæ nominauerunt: nunc restat, vt de eorum virtute, & potestate loquamur, sicut inter eos præcipuè inuenimus, & quosdam etiam modernos: Si prius admonuero, non putandum esse, quòd Medicina Lunæ tantam habeat virtutem, quantum Solis tenet Elixer.

Ex correcti-
one fatuorū.

Vnde Author in lib. vocato Correctio Fatuorum sic dicit: Cùm autem inter vulgares, & Philosophos aurum famam teneat, quòd in prima sua dispositione manens, lepram curet, & plures alias virtutes habeat: hoc autem est propter completam eius digestionem; quia excellentia ignis in eo agens, omnes malos humores consumit in corporibus ægris existentibus, tam in calidis, quàm in frigidis causis. Sed hoc argentum facere nō potest, quia tantam ignis superfluitatem non habet,

bet, nec tantum est digestum & decoctum naturali maturitate. Tamen isto non obstante, igneitate occulte, & virtualiter in se habet, sed non ita plene: quia adhuc ignis non facit tales qualitates elementales, sicut in auro: Et ideo argentum in prima sua dispositione manens, non curat lepram ita potenter, nisi prius degeratur per artem, quo usque habebat gradus summos auri in omni maturitate. Quare alia ægra corpora metallica minus curant infirmitates, secundum quod magis differunt in perfectione, & maturitate ab eis, quod est ex defectu sulphuris sui infecti, foetidi, & vrentis, ex quo, generatione, & coagulatione sua facta sunt ab initio, & ideo non curant.

Cum ergo (procedendo inquit) aurum tanti vigoris sit apud vulgares, & hoc in prima sua dispositione manens, quare non mirum, sicut expertum est, si aurum in Medicinam per artis ministerium sequentis naturam redigatur, & eius virtus subtilietur per digestionem decoctionis, & qualitatum purgationem, quod multas, seu omnes ægritudines habeat tunc curare.

Postea sic inquit idem author: De sene facit iuuenem, & reuiuiscere facit, seruat sanitatem, corroborat naturam, & omnem ægritudinem corporis expellit: Venenum à corde declinat, arterias humectat, contenta in pulmone dissoluit, breuiter totum corpus habile reddit.

Super huius Elixeris vitæ virtutes, & potestates sic inquirunt tam Bauzan, quàm Calid Philosophi: Eius natura est caliditas multa cum Calid, temperamento. Habet autem proprietates & virtutes multas: nam ipsum mundificat corpus ab additionibus accidentium ægritudinum, & conseruat substantias saluas, ita vt non appareant, neque videantur in eo turbationes contrariorum, nec figmentum sui vinculi. Hoc est vita mortuorum, & eorum resurrectio, Medicina conseruans corpus, & purgans superfluitatem.

Vnde in Ludo puerorū de vsu huius Medicinæ sic inferitur: Modus vtendi Medicinā talis est secundum omnes Philosophos: Si vis nostrā Medicina vescendo vti, recipe de Elixere nostro pondus duorum Florenorum ducatorum ad vnam libram alicuius confectionis, & comede de ista cōfectione in hyeme pondus vnius drachmę. Quod si feceris, omnes infirmitates corporales ex quacunq̃ue causa siue calida

Bauzan,
Calid,

Ex Ludo
puerorum,

lida

lida, siue frigida fuerint, depellet, & conseruabit sanitatem, & iuuentutem in homine, & de sene facit iuuenem, & facit cadere canos crines.

Item, nostrorum venenum Philosophicum curat lepram confestim, phlegma dissoluit, sanguinem mundificat, visum, & omnes sensus acuit, & ingenium miro modo super omnes medicinas Philosophorum.

Ex Rosario
Philosopho-
rum.

In Rosario Philosophorum sic habetur: In hoc (nempe Elixere vitæ) completur pretiosum Dei donum, quod est super omne mundi scientiarum arcanum, & incomparabilis thesaurus thesaurorum. Quia, vt dicit Plato, qui habet istud Dei donum, mundi habet dominium, quoniam ad finem diuitiarum peruenit, & naturæ vinculum confregit: Non tam ex eo quod habet potestatem conuertendi omnia corpora imperfecta in purissimum Solem, & Lunam, sed magis ex eo, quod hominem, & quodlibet animal præseruat in conseruatione Sanitatis.

Et ita deinceps: Lamina verò crystallina, quæ est Medicina alba, si detur in quantum granum sinapis febricitanti, curat ipsum. Etiam leprosus, si per quatuor anni tempora de eadem lamina purgatus fuerit cum puluere rubeo, curatur. Et vterque puluis, albus & rubeus sanat ischiados; sanat etiam paralyfin. Item, si puluis teneatur ad nares in partu laborantium, liberantur. Hoc dicit Hermes.

Hermes.

Et ab eodem Hermete alibi dicitur: Si de Elixere nostro omni die, vsque ad 7. dies sumpseris pondus semioboli, capilli tui cani de capite tuo cadent, & renascentur nigri, & ita de sene fiet iuuenis, & fortis.

Geber.

Geber quoque profert, quod Elixer rubeum curat omnes infirmitates, de quibus Medici desperauerunt, & facit hominem iuuenescere, vt aquila, & per 500. annos viuere, & amplius, vt aliqui Philosophi fecerunt, qui vsi eo fuerint tribus vicibus semel in hebdomada in quantum granum sinapis. Quare nota, inquit, quod omnes infirmitates, quæ à vertice capitis vsq; ad plantas pedum generantur, si fuerint vnius mensis, in vno die; si vnius anni, in 12. diebus; si ex longo tempore, in mense curantur. Quia sicut curat omnia metalla infecta ab omni infirmitate, sic & humana corpora. Quapropter Lapis noster benedi-

nedi-

nedi
quã m

A

Hic

infirmu

lertifica

ne ture

perdom

immò sa

ritualibu

lzione c

cã succa

allis medi

nat in 12.

no mēse. E

In Sca

pe Elixer n

agritudin

lertificat, v

noat, & s

ie Potabile

donec pari

bulamum

De qu

cepto de

quz citra te

ne seruare.

in termin

do hoc pote

animal, quo

seruatur, &

De qu

bus, cum pr

rum fecit A

De Tu

Elixer:

9
nedictus non immeritò Theriaca maior tam corporum humanorum,
quam metallorum dicitur.

Audiamus etiam Arnoldum de Villa noua his consentientem: Arnoldus de
Villa noua.
Hic Lapis noster, inquit, virtutem habet efficacem, omnem sanandi
infirmi-
tatem super omnes alias medicinas medicorum. Nam animum
Philoso-
latificat, virtutem augmentat, conseruat iuuentutem, & remouet se-
Elixere
nec-
tutem. Non enim permittit sanguinem putrefieri, nec phlegma su-
mundi
perdominari, nec choleram aduri, nec melancholiam superexaltari:
n. Quia,
immò sanguinem supra modum multiplicat, contenta in partibus spi-
minium,
ritualibus purgat, & omnia corporis membra efficaciter restaurat, & à
confe-
laxatione custodit: Et generaliter, omnes tam calidas, quam frigidas;
nia cor-
tam siccas, quam humidas infirmitates arctissimè sanat, præ omnibus
is ex eo,
aliis medicinis medicorum. Quoniam si ægritudo fuerit vnus anni, sa-
uatione
nat in 12. diebus: Si verò antiqua fuerit ex multo tēpore, sanabit in v-
no mēse: Et breuiter omnes malos humores expellit, bonosq; inducit.

In Scala Philosophorum sic legimus: Lapis Philosophorum (nem- Ex Scala
Philosopho-
rum.
pe Elixer rubeum) virtutem habet efficacem ad sanandum omnem
ægritudinem super omnes alias medicorum medicinas. Nam animum
latificat, virtutem augmentat, sanitatem conseruat, iuuentutem re-
nouat, & senectutem retardat: Et Aurum sic factum per magisterium
fit Potabile per accumulationē Quintæ essentiæ nostræ super ipsum,
donec pariter inspissentur: Et tunc habetur Aurum Potab. verissimum
balsamum Philosophorum: quod est pretiosissimum Dei donum.

De quo Raymundus Lullius sic dicit: Valet ad omnes morbos, Raymundus
Lullius.
excepto decretæ mortis termino. Et alibi: Restat igitur rem quærere,
quæ citra terminum vitæ nostræ possit corpus nostrum à putrefactio-
ne seruare, infirmum curare & restaurare, donec veniat vltima mors
in termino præfixo ab altissimo Creatore. Sed nulla medicina in mun-
do hoc poterit præstare, nisi nostrum menstruum vegetabile, cœleste
animal, quod dicitur Quinta essentia, qua corpus è corruptione con-
seruatur, & iuuentus pristina restauratur.

De quo Lullio Georgius Riplæus Anglus sic loquitur: Raymun- Georgius
Riplæus.
dus, cum propter senectutē vicinus esset morti, ex Oleo Philosopho-
rum fecit Aurum Potabile; quod illum reuificauit.

De Tinctura Physicorum, præter ea, quæ in libro de Tinctura Paracelsus.
Elixer: B Phy-

Physica, & Alchymica prius scripsimus ex eo, sic dicit: Physicorum in Ægypto primorum aliquot, ac priscorum per hanc Tincturam 150. annos vixerunt. Item, vita multorum ad aliquot secula producta, prolongataque fuit, prout habetur in diuersis historiis apertissimè; quod nemini fermè credibile videtur. Eius namque vis tam admirabilis existit, vt Corpus humanum longius producat, quàm agnatæ naturæ possibile sit, ac in eo gradu id firmiter conseruat, adeò vt ab omnibus infirmitatibus tutum viuat. Et licet senectam quidem habeat: apparet tamen nihilominus, vt in priuâ iuuentute cõstitutum. Hæc enim Tinctura est Catholicon Physicorum, propter quod, vitam longam profecti sunt omnes Physici ad resistendum morbis; & per hoc vniuersale, id maxime consecuti sunt, & efficacissimè, iuxtaque suum arbitrium, Tincturam physicam nominârunt.

Modernus
quidam.

Quidam etiam è recentioribus sic scribit: Quinta veterum essentia tantæ est virtutis, vt humidum radicale eâ, veluti flamma Seuo, optimè conseruetur. Quod Raymundus Lullius benè nouit, & eâ vsus est; & cum à Sarracenis occisus fuit, erat annorum 150. & apparebat iuuenis, & si Deus sic voluisset, superasset 200. Eâ enim singulis diebus vtebatur, vt humidum radicale conseruaretur.

Augurellus.

De hoc Quinta essentia Augurellus sic scribit:

Quin etiam humano docuit de corpore pelli

Hac omnes validâ morbos, faciliq; medelâ,

Seruariq; diu nitido cum flore iuuentum,

Et senium placidos produci grande per annos.

Valescus de
Taranta.

De qua Medicina Valescus de Taranta sic dicit: Sine dubio Lapis, seu Medicina Philosophorum inter proprietates optimas, & operationes, quas perficit in corpore humano, habet proprietatem frangendi lapidem in renibus, & vesica, & mundificandi vtrumque, vt dicit Beriensis.

Beriensis.

Ægidius.

Ægidius autem sic inquit: Cum ista Medicina poteris omnem infirmitatem, etiam desperatam sanare.

Rogerus
Baconus.

Rogerus Baconus Anglus sic habet: Vltimus gradus, in quem potest artis complementum cum omni naturæ potestate, est prolongatio vitæ vsque in magnum tempus. Quod autem hoc sit possibile, multa experimenta docuerunt.

Scotus

Scotus sic: Si Elixeris quantitate grani cum vino aliquo claro
miscueris, lepram sanat, scabiem, impetiginem, omnem febrem, & ca-
lorem tollit in continenti: omnem corruptum humorem de corpore
humano euellit, omneque membrum contractum erigit, & in iuuen-
tute conseruat. Quid plura? Nullus, qui vsus est hoc potu, infirmita-
tem aliquantulo tempore cognoscet, sed semper erit lætus, & iucun-
dus.

Scotus.

Laurentius Ventura hoc modo: Hic Lapis habet excellentissimas
virtutes super omnes alios lapides. Homines enim in sanitate, & iu-
uentute conseruat repellendo ab eis cunctos languotes in tantum,
quod lepram depellit, caducum morbum, & alias multas ferè incur-
abiles infirmitates mulcet, ac etiam remouet. Preseruat quoque & pro-
tegit hæc Medicina, nè quis morbus ei aduenire in futurum possit;
Sicque fit antidotus & medicina omnium corporum humanorum cu-
randorum.

Laurentius
Ventura.

Robertus Vallengis ad longū sic habet: Elixer, siuè Medicinam vi-
ta, seu Aurū potabile appelles, miram certè vim habet: Nam omnem
hominem siuè extrà, siuè intrà ægrum, ad sanitatem breuissimo tem-
pore restituit: quia elementa ipsa, quæ à naturali Symetria deflectunt,
& actiones labefactatas, humoresque peccantes ad naturam suam re-
ducit. Est enim res ferè incorruptibilis, temperata, purificata, & se-
creta à fœcibus 4. elementorum, quæ sunt corruptionis potissimum
causa. Ideò temperatum corpus, & sanum efficit, veluti Spiritus vitæ,
cuius vi, & ope natura digerit indigestibile, & omne indigestum edu-
cit, omnes qualitates superuacuas, & peccantes abscondit, spiritum vi-
uificat, molle indurat, durum mollificat, spissum rarefacit, tenue in-
spissat, macrum impinguat, pingue extenuat, calidum refrigerat, frigi-
dum exalfacit, humidum desiccet, siccum humectat, & calorem na-
turalem, seu humidum substantificum corroborat, & confirmat; estque
veluti (vt multi scribunt) medicinale corpus vniuersale, ad quod om-
nes medicinarum particularitates, facultatesque sunt reductæ, ac in-
fusæ; propterea quod est illa Quinta veluti quædam natura, à veteri-
bus Philosophis inducta, siuè essentia & anima tenuissima, purgatissi-
ma, putrefactioni & corruptioni diutissimè, plurimumque resistens,
& quàm ægerrimè, & laboriosissimè corruptibilis, in æqualitate, & ho-

Robertus
Vallengis.

mogenietate consistens, soluta ab omni concretionemortali, cœlestis, simplexque elementorum substantia, veluti temperata ex ipsis elementis, purificata, & secreta à materia crassiori, & superfluitate heterogenea 4. elementorum, sublimatione illa chymica. Morbus, inquitur medici, est immoderatio, siuè intemperies 4. elementorum, siuè humorum ex quibus corpus humanum & consistit, & ægrotat, & valet. Atqui Medicina chymica, siuè Aurum Potabile, res est homogenea, & vniformis substantia, in æqualitate consistens, anima subtilissima, secreta à fœcibus, & veluti simplex elementorum substantia, & ideò temperata, corruptioni, siuè putrefactioni quàm minimùm obnoxia. Quare corporis humani elementa, seu humores temperat, caloremque insitum & humidum substantificum corroborat, & ægrum sanitati, moderationi, & temperie restituit; Sicque ad præfinitum à Deo vitæ terminum à morbo tutum atque integrum conseruabitur: si modò illâ Medicinâ prudenter vtendo, naturæ suæ vires, & corporis complexionem aliàs supra modum non læserit.

Ex Aurora
Confurgen-
te, & Clan-
gore Buccinæ.

Denique vt ad generalem Philosophorum consensum veniam, & vt ea dicam, quæ ex eorum scriptis in lib. Auroræ Confurgentis, & in Clangore Buccinæ reperiuntur; Sciendum est, quòd antiqui Sapientes quatuor principales effectus, siuè virtutes in hac gloriosa, thesauraria, consolatrice, & adiutrice scientia reppererunt.

Primo, dicitur corpus humanum à multis infirmitatibus sanare: Secundò, corpora imperfecta metallica restaurare: Tertio, lapides ignobiles in gemmas quasdam pretiosas transmutare: Quarto, omne vitrum ductile facere, siuè malleabile.

I. De primo consenserunt omnes Philosophi: Quòd quando Lapis hæmatites perfectè rubificatus fuerit, non solum facit mirabilia in corporibus solidis, sed etiam in corpore humano: de quo non est dubium. Nam omnem infirmitatem, ab intra sumendo curat, ab extra sanat vngendo. Dicunt enim Philosophi, quòd si datum fuerit de eo in aqua, vel vino tepido paralyticis, phreniticis, hydropicis, leprosis, curat eos. Alij Sapientes dicunt, quòd guttam rosaceam elidit, sæpè vngendo. Hinc etiam passio cardiaca, hæctica, iliaca, colica, & ictericia, & morbus S. Ægidij, cum epilepsia, & omnes species febrium per eam curantur Medicinam, sumendo plerumque. Arthritica per eam
curatur,

curatur, vngendo, & quicquid est in ægroto stomacho, hoc tollit, & omnem fluxum humorum peccantium stringit, & consumit, potando, vel vngendo, omnemque melancholiam, siue mentis mœstitiam, ieiuno stomacho sumpta, repellit, & omnem fluxum rheumaticū exiccet. Est etiam infirmorum oculorum optima sanatrix. Nam omnem fluxum lachrymarum stringit, lipposos attenuat, ruborem depellit, pellem, vel tunicam delendo mollificat.

Tela, albugo, cornu, vngula, cataracta, inuersio palpebrarum, æstus, tenebræ, & inflaturæ oculorum. Hæc omnia per Medicinam hanc Philosophicam facillimè curantur.

Cor, & spiritualia confortat, potando; dolorem capitis mitigat vngendo: præbet etiam surdis auditum, & omni dolori aurium succurrit inflaturis; nervos contractos rectificat, vngendo; dentes corrosos restaurat, lauando, & fætorem anhelitus dulcorat.

Sanantur etiam per eam omnia genera apostematum, vngendo, vel emplastrando, aut puluerem siccum intromittendo. Ulcera, vulnera, cancer, fistula, noli me tangere, anthrax, serpigines, impetigines, attractiones, scabies, pruritus, & tinea per eam sanantur. Cicatrices per ipsam planantur, ita vt caro noua regeneretur: Vinum corruptum, & acidum, si permisceatur, reparatur: calculus inde soluitur, si bibatur: venenum expellit, sumendo: occiduntur etiam vermes, si in puluere detur: capilli subuillo sic per eam vngendo, remouentur. Rûgas in facie, & omnes maculas delet vngendo, & faciem iuuenilem facit. Mulieribus in partu laborantibus sumpta, auxiliatur: fœtum mortuum emplastrando educit: vrinam prouocat, coitum excitat, & auget: ebrietatem prohibet: memoriam inducit: humidum radicale augmentat: naturam vigorat, nec non multa alia bona corpori humano ministrat.

Quia hæc Medicina est super omnes medicinas aliorum medicorum: præstantior in odore, sapore, virtute, & effectu: Et est notandum, quod hæc Medicina est semper medicinæ apotheticæ ad morbum depellendum deputatæ permiscenda.

2. De secundo scribitur, quod omnia metalla imperfecta, transfmutat in colore, substantiâ, perseuerantiâ, pondere, ductibilitate, liquefactione, duritie, & mollitie.

Elixer.

B 3

3. De

3. De tertio scribitur, quòd lapides in gemmas pretiosas transformat, siuè transmutat: De quibus in aliò libello, Deo concedente, huic operi dicato pleniùs agere decreuimus.

4. De quarto scribitur, quòd vitrum reddit malleabile, immiscendo, nempe de puluere, quando illud liquefcit.

Vitrum malleabile vtiat.

Si iam itaq; cupias purum, & candidum efficere vitrum malleabile, disce hoc à nobis: sed caue, de quo vitri metallo accipis. Nam recusandum est metallum è filice productum, quod vitrum facit fenestrale, & sumendum vitri metallum de sodis factum, vti Veneti solent vitrum componere suum. Illud autem eliciendum erit de matutino vitri metallo, quod in igne stetit fufum in fornace vitrearia per spatium totius noctis. Nam illud vitrum erit in operatione sine ruga, vel macula, aut impuritate. Tolle itaq; de vitriaria fornace tantum eiusdem vitri super virgam ferream tuam, quantum vis, & cùm infrigidatur, pondera, quantũ conuerti cupis, & per se in olla liquefacito. Quo benè liquefacto, proiice de puluere Elixeris tui albi corporalis, & in metallum ductile, & malleabile conuertetur tuum metallum, seu vitrum, ad omnes aurifabrorum operationes aptum, & idoneum. Et sic fit vitrum malleabile, & cuius vsui paratum. Sed si hoc cum rubeo factum esset Elixere, multò esset ditius: nam pretiosior multò res est; de qua non est hic dicendum; quia alibi de ea agemus.

F I N I S.

asfor-
huic
scen-
allea-
m re-
fene-
olent
utino
pati-
a, vel
ciuf-
gida-
Quo
& in
u vi-
Et sic
eo fa-
es

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

MET

MO
DI PE
in magn
a

SAM

EDITU

CVI A
artij

Plu

Ty